

### §. XXVIII.

Hæc autem quæ in §. præced. adduxi, ad confessio-  
nem pertinent obligatoriam, vid. princ. d. §. Non au-  
tem procedunt in confessione liberatoria, quia quis debi-  
torem suum ab obligatione liberatum esse fatetur, nullam  
enim inibi liberationis causam reqviri, Dd. statuunt, quia  
confessio de soluto revera est probatio verè solutionis.  
*Gillhaus. arb. jud. cap. 6. p. 1. §. 118. n. 2. Bald. Consil. 41.*  
*Myns. Lib. 4. Obs. si. Sicard. ad l. 23. C. de non num-  
pecun.*

### §. XXIX.

Dixi supra in §. 26. ad formam confessionis reqviri,  
quod etiam debeat esse legitima. Talis ut sit, seqventia  
debent adesse requisita, quatuor cum quædam judicia-  
li confessionitantum sint propria, quædam verò illi cum  
extrajudicali communia, idcirco singula ordine explican-  
da erunt. Ad confessionem judicialem potissimum re-  
qviritur, ut fiat coram Judice competente, l. 24. C. de liber.  
caus. l. un. C. de confess. arg. l. 1. Et t. t. C. si à non competente.  
c. 4. extr. de judic. VVesemb. in v. b. t. v. 5. Hunn. Encyclop.  
p. 2. t. 16. c. 2. n. 17. seqq. facta enim quando fuerit confes-  
sio coram incompetente Judice, vim tantum habet con-  
fessionis extrajudicialis, C. I. A. h. l. §. 6. n. 3. nisi in causa  
voluntariæ Jurisdictionis consentiat quis in alienam Juris-  
dictionem. Vid. Gylman. Sympb. Lib. I. dec. 46. n. 170.

### §. XXX.

De confessione coram Arbitro facta, si queratur, an  
projudiciali censenda sit? Respondendum est distingven-  
do, an fiat in causa compromissi, an verò in alia aliena pla-  
nè à compromisso: Priori casu pro judiciali erit reputanda  
confessio, arg. L. i. ff. de recept. Et qui arbitr. Bart. in l. un.

C 2

c. b.